



monio iunguntur. Hinc *Abanares* regio, & *Albardosia* provincia, quantum incolæ sunt veritissimi, moribusque à reliquis Indiæ populis differunt. Hi enim per omnes Indiæ regiones noctu bellare non solent: ac *Albardosi* magna præliantur astutia, nocturneque bellum gerunt, agrosque devastant: inimicum si perentificent debilem, adoriuntur, sed victum non persequuntur: nec victoria uti norant. Est quoque in Florida *Iaguacia* regio, cuius incolæ adeo cursu valent, ut cervos luperent & capiant, curruntque diem integram nec fatigantur. Sunt & aliæ regiones & provincie terræ Floridæ, ut *Apalachia*, *Autia*, *Somonia*, & aliæ. Regio in universum plurimis rivis fluminibusque irrigua, coque humidior; & in montibus *Apalchici* ingentes rivi oriuntur, auri argentique arenas provolventes, quas incolæ ripis per fossas diductis, colligunt, & secundo flumine ad maris littora venales deferunt. Inter flumina præcipua sunt *Porto Real* dictum, quod sonat *Portum regium*. Oslum fluvii tria miliaria complectitur, habetque duo promontoria, quorum alterum Occidentem, alterum Septentrionem spectat: item *Rio seco*, fl. *Magnus* aut

*Flumina* *Granalis*, *Garumna*, *Charanta*, *Ligeris*, *Axona*, *Sequana*, *Ay*, *Serravabi*, *Majua*, & aliæ. Oram habet latis alperam, ac paucos maris portus; quin etiam mare eam abluens scopulis ac brevibus refertum est. Regio plana est, ac paucos habet montes, in quibus *Apalchici* præcipui. Circa fluvium *Portum regium* multæ sunt silvæ quercubus & cedris confite, in quibus cervi plurimi ac feræ, etiam multi pavones Indici reperiuntur. Juventem exercent cursu, jaculando, & pila. Ingenio verò vasto sunt ac subdolo, ad bellum & vindictam proni. Arma sunt arcus, sagittæ veneno armantur, venationi & piscationibus mirum in modum indulgent. Reges continuis bellis in mutuam perneciam faviant. Vescuntur araneis, fornicis, lacertis, serpentibus, ceterisque id genus venenatis & insectis. Regis est unicuique uxorem dare, seu vendere potius. Si in adulterio uxor deprehendatur, arbori per diem dorso alligata, exieris brachiis, & disjunctis cruribus, virginterum caesa, penas dat. Mulier, tertia postquam peperit hora, infantem ad annum lavandum portat. Nulla illis securis vel ligo, nisi lapideus. Vice arari sunt illis aseres, quibus terram aperiunt. Colore sunt aereo, quem certa inunctione & Solis ardore contrahunt, cum tamen recenter nati, satis albi sint. Prorsus nudi incedunt, exceptis senibus ac feminis, qui cervinis pellibus induuntur. Abundat regio hermaphroditis, quorum servili opera, mancipiorum jumentorumque loco utuntur. Animarum immortalitatem credunt, cætera idololatæ.

*Montes* *Sarv*

*Montes*

*Vidua*

*Vestitus*

*Soli indolis*

*Soli indolis*

*Soli indolis*

*Soli indolis*

*Soli indolis*

que meliores fructus ferentes quam in Gallia; Pruni quoque, sed fructibus magis speciosis quam delicatis. Inter silvestres autem arbores excellit, quam barbari *Paname*, Galli *Sassafirus* vocant, materie & cortice præsertim exquisite odorato. Fructices præterea variorum generum, & imprimis rubi, & qui minores acinos ferunt, grati saporis, quos Galli appellant *blus*. Terra autem producit sponte radicem quoddam genus, *Hæfæ* barbaris, quibus pro farre utuntur: arbor denique *Esquine* hic reperitur, singulare adversus lucem veneream, atque alios contrarios morbos antidotum. Quadrupedes vulgatiore sunt cervi, rupicapra, dama, leones, pardi, lynces, lutra, luporum aliquot species, lepores, cuniculi, canes feri, & feræ quæ à leonibus Africanis non multum abluant. In avium numero recensentur Gallopavi, perdices, psittaci, columba, turtures, turdi, corvi, accipitres, ardeæ, grues, ciconia, anseres, & infinitæ pene aliarum avium species, inter quas sunt quædam minores elegantissimis plumis variegatæ. Crocodilorum ingens in amnibus numerus, uti & anguium varia genera.

Multum quidem auri atque argenti apud Barbaros reperitur, sed è navibus Hispanorum illi litras ejectionis servati potius, quam in hisce provinciis nati, cuius rei evidens indicium est, quod quo propius ad Austrum & Floridæ exitum promontorium acceditur, eo plus; quo vero magis ad Septentriones recesseris, eo minus horum metallorum reperitur; licet barbari unanimi consensu prædicent in montibus *Apalachi* rutili metalli venas reperiri, quod ego (inquit *Laudonensis*) aurum esse conjicio. Quamplurimas præterea herbas atque acinos producit hæc regio, ad varios colores exprimendos valde idoneos, quibus & barbari scite noverunt uti in tergoribus ferarum, aliisque rebus tingendis.

Viri olivastro sunt colore, statura grandi, corpore bene compacto sine ulla deformitate; tergo cervino eleganter parato tegunt pudenda, cætera nudi: & brachia poplitesque variis notis picti, quæ abluu nequeunt; quippe cuti ipsi veluti insculptæ; capillitio sunt nigro atque ad femora usque promisso, nonnumquam & in nodos haud indecenter collecto. Simulandi dissimulandi que artifices, dolosi, pugnandi avidi atque bellicosi; arma ipsi sunt arcus atque sagittæ, chordas arcuum aut è nervis cervorum aut eorumdem tergoribus artificiose præparatis & in laciniis dissectis, contorquent: sagittas aut piscium dentibus aut lapillis asperant: juniores ad cursuram exercent, præmia victoribus proponentes: sagittandi quoque industriam usu atque exercitatione sibi comparant; & piscationi atque venationi supra modum indulgent.

Feminae eodem sunt corporis habitu, eodemque colore atque in eundem modum pictæ; utrique autem & mares & femina paulo candidiores nascentur, sed crebris unditionibus, oleo quodam ipsis usitato, colorem cutis adulterant: quod & superstitionis cujusdam causa, quam tamen advenas studiose celant, faciunt, & ut nudam cutem adversus Solis ardorem obdurent atque muniant. Tanta autem illorum est agilitas,

vatur *esque*. Viri venando ac piscando victum quaerunt; reliquis operas ac labores, texendi, ferendi, metendi, plantandi, mulieribus mandant. Cymbulas habent ex solido ligno, igne excavatas, etiam conchis, quibus adultas partes abradunt. Feminae ex arborum corticibus, cervorumque nervis fila nent, uti & certo gramine, quod *Pemmenaw* vocant. A quacunque remalum quid sibi metunt, illam adorant, nempe ignem, aquam, fulmina, tonitrua, tormenta bellica majora ac minora, equos, &c. maxime vero diabolum, quem *Oke* appellant, eumque non quod ament, sed metuant, religiose colunt. Ejus imagines terribiles in templis ostentant. deo suo habita similes sunt sacerdotes. Altraria habent, *Paworances*, in agris, in quibus sanguine, adipe cervino, ac tabaco facta faciunt, quoties à bello ac venatione domum revertuntur.

Primus colonos eo mittere instituit *Bartholomæus Gosnold*, qui cum tanta rei socios sibi adie-

visset *Johannem Smith*, necnon è nobilium ac mercatorum numero aliquot, à rege impetravit, uti rerum Virginicarum Senatus in Virginia, ac Britannia constitueretur, penes quos summa esset rerum potestas, negotiorumque administratio. Hi eo misere cum tribus navibus *Christophorum Newport*, qui anno 1606, mensè Decembri solvens, post plurimas calamitates, aerisque incommoda, tandem ad promontorium *Cape Henry* appulit, lustratoque quod primum occurtebat flumine, ibidem sedem fixit, domos condidit, valloque cinxit. Mox & novi coloni submissi in subsidium priorum, anno 1607. At sequente anno, qui fuit 1608, subit Smithium cupido ulterius has terras perveiligandi; quare lecto litote, cuius promontorium est *Cape Charles*, sinum ingressi sunt, insulamque *Russels* detexere, & ulterius progressi ad littora Orientalia sinus devenerunt, fluminaque ista supra descripta invenere.

Qui primus colonos mittere instituit

## F L O R I D A



Acceptio nominis.

FLORIDÆ nomen apud Scriptores Hispanos nonnumquam lausissima significatione sumitur, pro omnibus illis Regionibus, quas *Petrus Melendez* amplissimo diplomate à Rege Hispaniarum in Præfecturam accepit; nonnumquam propria & strictiore, pro ea parte quæ primum hoc nomine à *Poncio* est insignita. Priori significatione complectitur ingentem terrarum tractum, inde à flumine *Palmarum*, viginti duobus ab *Aequatore* gradibus versus Arctum, ad Promontorium *Bacalans* usque, quadraginta & octo gradibus ab *Aequatore*: intra quos limites 1258 leucæ, secundum litrorum ductum, numerantur; itemque quicquid terrarum secus oram maris & intra continentem lustrandum & detegendum restat, à quadragesimo octavo gradu Septentrionali ad septagesimum tertium. Atque harum quidem regionum illæ, quæ à flumine *Palmarum* ad promontorium *S. Helene* & flumen *Jordanis* pertinent, leucarum circiter sexcentarum intervallo jam dudum secundum littora à Hispanis lustrari ceperunt: nec non sinus *S. Iosephi*, qui à flumine *Palmarum* abest leucas 80 versus Arctum; Insula denique illæ quas Terram Novam appellamus. Totus autem hic terrarum tractus Continens est, eodem atque aere bene temperato, solo plerisque locis fecundo & culto, atque adeo indigenis haud infrequenti, quemadmodum ab *Hernando à Soto* & aliis est observatum: denique *Joannes Paredus* Cuenca in Hispania natus, paulo minus biennio has provincias (ut narrat *Herrera*) obambulavit, & pedestri itinere è Florida in Novam Hispaniam pervenit.

Florida autem proprie & strictius sumta, complectitur regionem illam, quæ Cubæ insulae ex adverso objacet, & inter duo maria (haud secus atque Italia) ab Austro in Arctum centum pene leucis in longitudinem prætenditur, viginti quinque leucas, aut, ubi maxime dilatatur, triginta in latitudine patens, atque hæc proprie Floridæ nomen accepit à *Joanne Poncio*, servatque hodie; nisi quod communiter mediam viam sequuntur (quod & nos probavimus) & Floridam inter Novam Hispaniam & Virginiam Anglorum concludunt. Porto hujus regionis cæli solique natura à Castellæ in Hispania temperie & fecunditate non multum abluat; nam & fructus pene similes hic inveniuntur, & ager pascuis abundat, & solum tritici aliarumque frugum feracissimum existimatur. Nulla hic auri metalla; neque auri aut argenti noticiam olim habuisse indigenas, verissime est, quippe quum ne argentum quidem in littora illorum è fractis Hispanorum navibus ejectionem; colligere opere precium duxerint, antequam metalli hujus præciam ab Europæis didicissent. Vnionum tamen copiam voluit habuisse in mediterraneis, si fides Historiæ non vacillat: non levi enim conjectura adducor ut credam, aut *Eürgni*, aut quid simile fuisse, quod Hispani pro unionibus acceperint; licet non abaverim minutiores (forte etiam modicas) margaritas hic, uti & alibi reperiuntur, sed juxta littora aut in aestuariis fluminum; sed in amnibus aut paludibus procul à mari ostrea margaritifera vera generari, nondum legitur à quoquam observatum.

Qualitas.

Florida autem proprie & strictius sumta, complectitur

Florida proprie dicta.

Quædam.

Provincia celeberrima.